DE MEDICAMENTIS PRO NOSOCOMIORUM LEVAMINE MODERANDIS, ET…

Giovanni Calvi



5.

DE MEDICAMENTIS PRO NOSOCOMIORVM LEVAMINE MODERANDIS, ET IVSCVLIS PER BOVINA OSSA IN PAPINIANO VASE PARANDIS, COMMENTARIVS EPISTOLARIS, MEDIOLANI CONSCRIPTVS

A IOANNE CALVO CREMONENSE,
NVNC IN PISANO LYCEO MEDICINAE PROFESS. PVBLICO ORDINARIO, &c. &c.

ALTERA POST BRIXIANAM EDITIO.



PISIS A. D. MDCCLXIII.

IO. PAVL. GIOVANNELLI CVM SOC.

Excud. Sup. Permiss.

LECTURIS TYPOGRAPHUS PISANUS GIOVANNELLI

CUM SOC.

QUum Opusculum hoc Praestantissimi Ioannis Calvi, in Pisano Lyceo Medicinae Magistri publici Ordinarii, Sacrae Religionis Equitum Divi Stephani & Pisani Nosocomii Medici, ad Pisanum Medicum Collegium & ad Mediolanense Nobilium Medicorum Collegium aggregati, Academiae Apatistarum & Sacrae Academiae Florentinae & Cortonensi Botanophilorum Academiae adscripti, vulgatum Brixianis typis fuit lapso anno 1762. a Cl. Comite Roncallo Parolino *Brixiano Medico doctissimo; in lucem prodiit unacum Claror. Virorum aliorum super idem*

argumentum epistolis, in unum Opus ideo conflatis, cui titulus:

MEDICINA
AB EUROPAEIS SAPIENTIBUS
REFORMATA,
SEU
FRANCISCI COMITIS RONCALLI PAROLINO
NOSOCOMIUM LOCUPLETATUM,
PRIDEM
CENTUM PROPOSITIONIBUS EXPOSITUM,
NUNC
CENTUM PUBLICIS ET PRIVATIS
SUMMORUM VIRORUM
EPISTOLIS ADPROBATUM,
UTILITERQUE ADAUCTUM.

In ipsius vero Roncallianae Collectionis catalogo, quae mox sequuntur, legere est verba, nimirum: Epistola XVI. Ioannis Calvi Cremonensis, in urbe Mediolano Protomedici.

CELE-

CELEBERRIMO VIRO
FRANCISCO RONCALLO
PAROLINO,
BRIXIANO MEDICO DOCTISSIMO,
REGIS POLONORVM
COMITI,
ET
REGIS HISPANIARVM
CVBICVLARIO

IOANNES CALVVS S.

EXimie gratus Tibi, Viro Clarissimo, quod mihi recens a Te exarata Opuscula duo transmisisti, quorum alterum inscribitur *Nosocomium locupletatum*, alterum vero *Experimenta novam methodum curandi acutos Pectoris morbos comproban-*

tia, libentissime perlegi imprimis *Nosocomium*, quum et ego, a praesenti cognitionum medicarum claritate ductus, novum pharmaceuticum systema analogum perscripserim pro Valetudinario quodam, cui haud modicam utilitatem adtulit, quumque hoc ipso Tuo *Nosocomio* fundamentis, a *Guidone Patinio*, et *Francisco Redio* iactis, Tu etiam insistere praeseferas, qui omnium primi (1) circa pharmaca parsimoni-

(1) *Omnium primi*, quum revera *Guido Patinius*, qui anno 1672. septuagenarius obiit, & *Franciscus Redius*, qui anno 1697. septuagenarius itidem decessit, incredulitatem de plurimorum pharmacorum potestate latissime vulgaverint, solidiusque laudaverint, quam quisque eos antevertens, e quibus *Bocangelinus*, *Lupaeus*, *Sanctorius*, *Elisimar*, aliique *Caspar a Rejes*, Francus, & Urbis Carmonae medio transacto seculo XVII. medicus, in suo eruditionis pleno, atque *Elysius iucundarum quaestionum Campus* inscripto, opere, quaestione 67. pagina 926. mox sequentia delineavit. „ *Nicolaus* „ *Bocangelinus*, Imperatoris *Caroli V.* medicus „ eruditus, (tractatu de febr. malign. cap. 27.) „ illos turpiter errare ait, qui lapidibus bezoar-
„ ticis,

moniam non dimminuto AEgris subsidio invexere, a polypharmacis praescriptionibus abhorrentes, et pretiosorum medicaminum depraeticis, unionibus, corallis, terra sigillata, & similibus utuntur, quum nihil aliud faciant, quam obstructiones adaugere, meseraicas venas obstruere, et, ne tetri vapores ab his partibus exhalent, prohibere &c.. *Lupaeus*, libro de morbo pustulato, non solum taediosam lapidis Bezoar imposturam esse profert, sed multa alia, quae cordialia esse a Medicis iudicantur, tamquam meras nugas contemnit, & damnat: quod multis aliis iunioribus idem certum visum est. ,, De lapide autem Bezoar speciatim subdit ,, *Nicolaus Ellaim* Medicus Parisiensis tractatu de peste, qui anno praeterito 1649. cum *Medico officioso Philippi Guiboti* in lucem prodiit, ait &c., lapidem Bezoarticum, sive ex occidente sive ex oriente allatus sit, optimumque, nullius esse momenti ,, inquitque *Regis* ipse, *Hieronymum Rubeum*, *Clementis VIII.* medicum, *Prosperum Martianum* Romanum medicum, eximiis commentariis in *Hippocratis* opera clarissimum, *Fonsecam* Professorem Patavinum percelebrem, aliosque nullam famae de lapidis Bezoar potestate per diligentissima atque iterata in AEgris experimenta fidem adhibere potuisse. Superius vero, nempe pagina 91., quae mox addo, conscripserat ,,. Ex Neotericis non desunt severi ,, ac rigidi, supercilii Authores, qui de gemmis ,, ac lapidibus encomia, & virtutes rideant, nec ,, adprobent modo, qualiter inter alios faciunt *Sanctor Sanctorius*, & *Guido Patinus* Parisiensis medicus,

praedicatam potestatem veluti irridentes, ut septemdecim abhinc annis Tibi ipsi enunciavi in meo *de Hodierna Medicina practica Etrusca* Com-

,, dicus, huius temporis doctissimi, qui lapidum,
,, ac gemmarum vires, et, quae ex ipsis parantur,
,, Confectiones de Hyacintho, AlKermes, imo &
,, ipsum quoque Beznar damnant, ac tamquam no-
,, xium a medendi usu longe submovent: quod &
,, multa aliis placuisse in subsequenti quaestione
,, 67. afferemus. ,, *Sanctorius*, qui anno 1636. obiit aetatis anno septuagenario et quarto, quorumdam pharmacorum virtutes in opere, *Methodi vitandorum errorum* inscripto, Venetiisque apud Barileum 1603. edito, triiverat: quod opus auctius et emendatius ab ipso *Sanctorio* rursum anno 1630. Venetiis apud *Borgiolum* editum fuit. Per ea circum *Sanctorii*, et *Eilorum* tempora, credulitatem de pharmacorum plurium potestate deprimere, non operibus palam editis, sed verbis solummodo, assuevisse *Magiottum* medicum scimus ex XIII. *Laurentii* Comitis *Magalotti* epistola familiari, mense Iunio anni 1681. conscripta, qui *Magiottus* in quinta etiam scientifica *Magalotti* ipsius epistola, ad *Carlum Dati* missa, *Raphael* probusque senex nominatur, et quamdam cum sagacissimo, qui anno 1641. obierat, *Galilaeo*, necessitudinem habuisse quodammodo indicatur, plurisque a *Ferdinando II.* Magno Etruriae Duce aestimatus fuisse. Praememoratus vero *Franciscus Redius*, eiusdem *Ferdinandi* Archiater, scriptis, in lucem editis, exceptissimisque, plurimorum pharmacorum famam obnubilavit, ita ut nil mirum, quod *Redii* ipsius alumnus illustris *Bellinius*, qui inde

Commentario, quem in perutili Tua *Medicina Europae a Sapientibus illustrata* formis vulgasti. *Rivinus* etiam, doctus Lipsiae Medicus, anno 1701. publica luce donavit Tractatum, cui titulus *Censura Medicamentorum officinalium*. Praeclarissimus Archiater Caesareus *van Swieten* dudum pro Nosocomiorum militarium, AEgrorumque Exercitus commodo, tractatum Germanico idiomate composuit, (qui in Gallicum (2), Italicumque idioma versus est, typisque editus) ratus et Ipse, di-

 spen-

inde anno 1703. periit, ingeniosissime (de Sanguinis missione propos. 9. de Med.) explicuerit, quot mutationes medicamenta insumta, dum varias corporis Humani viventis partes intimas praeterlabuntur, subeant, atque inde cum pluribus aliis *Ramazzinus*, qui id *Bellinus* animadvertit, remediorum simplicitatem multiplici compositioni praeferendam, oratione VIII., alibique, protulerit.

(2) Description abregée des maladies qui regnent &c. dans les Armées avec la methode de les guerir. A Paris, 1760, 16.

ſpendiorum multo minus eo, quod fieri adſolebat, par eſſe Humano generi efficaciter a morbis levando, ſicuti docta hanc circa rem epiſtola, Gallico idiomate conſcripta ſub anni 1760. initium ad Praeſtantiſſimum Sapientiſſimumq., qui Inſubriae Auſtriacae populos regit plena imperii poteſtate, Comitem *Firmianum* fatus eſt.

II. Tibi plurimum gratulor de plaudente Auguſti Venetorum Senatus decreto circa a Te ſtatuta medicamentorum pretia, nullus dubitans quin et medicamina Tua ſummis Noſocomii Praeſidibus, atque Archiatris arriſerint, quum haec multum lucis praebeant ad plurima detrahenda pharmaca ex confuſiſſimo remediorum chaos, ſive e tantis ſcriptorum remediorum Oceani fluctibus,

quae millena nominas, ut et *Ovidius* in celebri nominavit pentametro

Mille mali species, mille salutis erunt;

etsi tunc temporis etiam, imo *Hippocratis* usque aetate, remedia numero carerent ob redundantem circa suppositas pharmacorum, herbarumque potestates credulitatem, a rectioris physicae inscitia genitam.

III. Quumque remediorum immensitas continuum, gravissimumque Xenodochiis detrimentum adferat, laudatione nulla celebrari satis potest quicumque hanc ob caussam, ipsorummet Xenodochiorum sortem miseratus iniquam, curas excolit, ut ea ab enormibus, inutilibusque, sumtibus leventur, permaneote nihilominus ad pauperum

AEgrotum commodum necessario rei medicae penu, atque ita maxima *Hospitalium*, ut aiunt, utilitas promoveatur nova legis medicae latione, qua Tu etiam modo, Vir Clarissime, rem pharmaceuticam ad angustos rationalesque cancellos revocasti, ea Propositionum, sive Capitulorum, Centuria, quibus id ipsum Tuum *Nosocomium* efformasti, magno certissime sumtuum decremento donaturis Valetudinaria singula, in quibus eas sanciri eveniet. Nunc pauca de ipsarum Propositionum quibusdam perstringam, a comibus Tuis litteris diei 23. Maii vertentis anni 1762. excitatus.

IV. Propositio XI. (qua docte adseruisti, *in obstructionibus viscerum naturalium post universalia tentandum opus externis etiam, ab-*

domini adplicitis, nimirum &c. ialapa, scamonea, oleo cerae destillato, saponaceis, senna orientali, &c., et liquere, haec omnia vires suas aperitivas, incidentes, deobstruentes exerere trans viscerum fibras, trans glandularum latibula, parum certa quibusdam visa erat, minimas Humani corporis intercapedines nequaquam callentibus, atque nescientibus *Abraamum Kaav* imprimis, summi *Boërhaavii* ex sorore nepotem, ab anno usque 1738. in suo revera sapienti opere, inscripto *Perspiratio dicta Hippocrati per universum corpus anatomice demonstrata*, experimenta firmasse §. 428., quae inhalationem edocent cuiuscumque medicamenti purgantis, in quacumque Corporis parte, Abdomine potissimum, adplicati.

V. Pulveris Euphrasiae virtuti,

a Te sub numero XII. innutae, ut *lippientes* iuvanti *& quamcumque visus debilitatem* (excepta, ut credo, tamen aliqua visus debilitate, ut ea quae a nervi optici laesione pendeat), quotiescumque singulis diebus, mane tribus ante prandium horis, in aqua foeniculi sumatur, pleniorem conciliabit fidem diaetae coniunctio, alvique purgatio ab *Hippocratis* aphorismo celebri commendata, atque AEgri in cubiculo mora, quod (praesertim si ophthalmia sanguinea vigeat) pulverem, lucem, calorem, et siccitatem nesciat, corrigendam a frigida saepius oculis admota, et a florentium plantarum truncis frigidae impositis, quae, ut ex acutissimi *Halesii* staticis experimentis vegetabilia super plura explicatur, grato refrigerio expirant aqueas et suaveolentes, omni folio-
rum

rum superficie particulas, atque ita incensum fere aërem demulcent, humidumque reddunt.

VI. Propositione XV. Chinam Chinam aequissime tutatus es contra calumnias, eumdem infinito Humanae salutis vitaeque damno prementes, ut fusius tutati sunt praecipue Clarissimi *Mortonus* Londinensis, *Tortus* Mutinensis, atque *Werlofius* Hannoverianus Archiater.

VII. Propositio XVII., num veridice Tibi nunciatum fuerit, plures Academias internum Mercurii sublimati corrosivi usum proscripsisse, dubium admovit quibusdam, non miraturis ceterum, si spectarissimi ex Montis Pessulani Vniversitate (1) So-

(1) Doctissimus vero *Boissier de Sauvages* apud Monspelienses Medicinae Professor, pluribus operibus in lucem editis clarus, die 20 Iulii eiusdem anni 1762. ad eumdem Cl. *Rencallium* verba mox sequentia perscripsit „ Bis adhibui *Merc. sublimatum* „ cor-

Socii Tui revera id pharmacum proscripserint, auctoritate verosimilius ducti popularis sui celeberrimi *Ioannis Astrucii*, nunc egregii Lutetiae Parisiorum Medici, & apud Galliarum Regem Consiliarii, qui pluries contra praedictum Mercurii sublimati, ut aiunt, corrodentis internum usum medicum calamo publico insurrexit, ut in mea fusius liquet epistola, praelo mox tradita ab Ill. Cremonae Medico *Martino Ghisio*, Tui etiam amico, cui scriptam misi, et in qua demonstravi, centum iam ab hinc et ultra annis, id pharmacum a multis Medicis ibi nominatis propinatum fuisse, innuique et nostra aetate postea in multis Italiae Vrbibus pulcherrimas curationes salutiferas per pharmaci ipsius

„ *corrosivum* ex methodo *Svvetenianа*, sed fine suc-
„ cessu: nollem tamen illud missum facere, quia
„ aliques effectus vidi, qui spem aliquam fovent „.

ipsius propinationem methodicam obtentas fuisse, ut Veronae potissimum, Mutinae, Lucae, Arimini, Romae, Viterbi, Parmae, Bononiae, atque in hac Mediolani civitate, ubi prae ceteris dirigente doctissimo *Vandellio*, Serenissimi Mutinae Reguli Archiatro, quidam Reguli ipsius Familiae inserviens, atrocibusque ac diuturnis doloribus venereis adflictus, felicissime convaluit, sublimato rodenti per parcam methodum ad plures dies insumto (1).

VIII.

(1) Praenominatis Italiae Urbibus addendum Patavium, eo quod Clariss. *Jacobus de Sceuolo*, in Patavina Academia Primarius Medicinae praticae Professor, ad Cl. *Roncallium* idibus Augusti 1762 conscripsit, ut sequitur, nempe. „ Nonnulla subiicio „ gravissimo iudicio tuo, quae mihi consideratio„ ne digna videntur: ac primum quidem de *Mer*„ *curio sublimato corrosivo*, quem quidam Viri do„ ctissimi aiunt, ab interno usu proscribendum es„ se. Veneror iudicium Virorum doctissimorum, „ qui ita sentiunt, sed adhuc dubius haereo, num „ velint sublimatum ab internis medicamentis, an „ e numero Medicorum eos eiicere, qui impru„ denter eodem usi sunt: Non ignaro Clarissimum

„ *Char-*

VIII. Remedia, *martialia* dicta, potius ex ferro, quam ex chalybe conficere sane praestat, ut propositione XIX. enunciasti, solidisque rationibus cohaeret, quas ego ipse duobus ab hinc annis illustrare nisus sum in haud ita brevi epistola ad Ill. *Petrum Burserium*, castrensem Augustissimae Romanorum Imperatricis, et Austriacorum Militum Noso-

„ *Chartenserum* (in pharmac. theor. pract. sect. 7.
„ c. c. de Merc subl. corr. not. V pag. 191.)
„ scripsisse: Vosumquemque hortor Medicum, ut ab
„ usu concreti huius corrosivi interne semper abstineat, si alias conscientiam salvam, & famam
„ illibatam servare velit. Video Virum gravissimum
„ *Boerhaavium* (elem. chim. t. 2. process. 43.)
„ nos monere, prudenter a prudente Medico adhibendum, & si methodum nescit, abstinendum.
„ At nihil aliud vult *Boerhaavius*, nisi ut Medicus cautus sit, & prudens in adhibendo remedio, quod periculosissimum est, si incaute, utilissimum vero, & efficacissimum, si prudenter
„ in usum recipiatur. Id assero, quia felici cum
„ successu etiam ego primus omnium Patavii adhibui sublimatum corrosivum, ubi compereram
„ & laudari, & interne praescribi a Viris praestantissimis G. B. van *Swietenio*, laudato *Antonio*
„ de

Nosocomii Cremonae Medicum, Ferrum, idem in lenibus acidis solutum reliquis praefertur eiusdem praeparationibus, ut vocant, sicuti et doctissimus *Swietenius* ad aphorismum *Boerhaave* 28. scripsit: *quia non tantum vi austera adstringente agit, sed sulphuris sui metallici, naturae Humanae adeo amici, miro stimulo vires vitae incitat.*

IX. Quando Cassia Medici uti

„ *de Haën, & Iosepho Benvenuto*, Medico apud Lucenses praeclarissimo. Si enim nocuit sublimatus „ corrosivus interne datus, mihi persuadeo, id „ potius Medentum imperitiae, & temeritati, quam „ cauto huius medicamenti usui tribuendum esse „ neque me hactenus poenituit, eodem me usum „ esse. Ergo, quemadmodum & ego sentio, sublimatum corrosivum semper cautissime praebendum „ esse. Ita tecum iudico, Vir ornatissime, censendum esse gladium in manu furiosi, si non detur „ ea methodo, eaque dosi, qua Virorum Celeberrimorum experientia tutam, & salutarem demonstravit. Quae ad Te scribo, *Roncalli* celeberrime, de Mercurio sublimato corrosivo, eo spectant, ut Tyrones intelligant, consilium tuum, „ de interno huiusce remedii usu prudentissimum „ & omnino necessarium esse &c. „

debeant, ut numero XXVI. generice indigitafti, haud plane conftat. Ea pharmacum purgans, refrigeranfque univerfim depraedicatur in hac praefertim civitate, quamvis ibidem natus *Hieronymus Cardanus* admonuerit in libro *de malo recentiorum Medicorum medendi ufu*, Caffiam inteftina debilitare, et quamvis Cl. *Ramazzinius* fuorum operum tomo primo fequentia confcripferit „Laudant Nonnulli in alvi adftrictione Caffiam ad aliquot drachmas, „ at Caffia non tam innocua eft, ut „ illius ufus non fit fufpectua; flatuofa enim eft, et Stomacho parum amica. Id circo a *Ballonio* „ in Renum et Veficae affectionibus, „ five purgato five impurgato corpore, Caffiae ufum omnino improbat, et virofitatem quamdam „ in illa agnofcit. Hanc pariter dam-

„ damnat *Falloppius* noster, *Ioannes*
„ *Beverovicius* (Amstelodamensis
Senator, et Medicus) „ in libro de
„ *renum & vesicae calculis*, *Lodo-*
„ *vicus Nonnius* in epistola ad eum-
„ dem *Beverovicium*, & complures
„ alii „. *Ioannes Veslingius*, qui cir-
ca annum 1630. anatomen ac bo-
tanicen in Lyceo Patavino publice
docebat, ibique anno 1649. decef-
fit, in trigesima quinta epistola me-
dica, mense Decembri 1643. exa-
rata, proximam tradidit propositio-
nem, scilicet „ Cassiae usum magis
„ circumspectum suaderem ; ea enim
„ quo annosior eo calidior existit,
„ et partem secum humorum ad
„ renes conducendo calidae atque
„ acris urinae fluxum non raro con-
„ citavit, ut dudum *Fabricius Hil-*
„ *danus*, et *Ioannes Pigraeus*, Me-
„ dici diligentissimi notarunt „.

X.

X. Tenuissimo, ut ais, vendun-tur pretio, atque efficacia sunt, Gummi ligni sancti, a Te sub numero XXVII. celebratum, et ipsius praecipue ligni pulvis, cuius uncia una per dies. 40. divisim insumta a villica illa muliere, vetus faucium vulcus venereum delevit, ut propositione XXX. narras, mox addens in XXXI. haud minus singularem venerei morbi curationem, ita ut ea Tua methodus propinandi lignorum antivenereorum pulveris, sicuti volatilem ipsorum salem, acutamque balsamicam virtutem (quae pituitam solvit, pingue diluit, tenax attennat, putrescentia a fracedine ulteriore praeservat) in aegrum corpus invehit, praeferenda aliquando videri possit decoctionum methodo, in quibus faciendis salem ipsum, aliaque principia activa, aliquantu-

lum

lum saltem, per atmosphaeram disperdit ignis, atque ita ipsorum lignorum decoctiones morbo venereo superaodo minus pares redduotur, quamquam et ipsae ad multos dies potatae eumdem destruant morbum, servata praecipue eorumdem potandorum norma, quam Doctis. et Cl. *Ioannes Targionius* anno 1751. solertissime exaravit, atque inde anoo 1752. typis edidit. Vtinam tenuissimi huius pretii curationem saltem concederent morbo ipso Infectis li Valetudinaria administrantes, qui vetuere, ne pauperibus ipsis ulla fiat aotiveoerea curatio, sicuti vetitom est io hoc Mediolani Xenodochio, ubi e cootra (ut *Lod. Septalius* narrat, qoi, octogesimum secundum annum agens, obiit anno 1633. Cl. Mediolanensis Xeoodochii ab annis 40. Medicus) sola imo lueg

vene-

venerea seculis XVI. et XVII. curabatur, eoque morbo laborantes singulo vere septingenti circiter admittebantur, et ceteris anni temporibus ibi ducenti saltem, ulceribus venereis vexati, medela gaudebant, ea tunc florente charitate, ex qua in urbe aliqua hoc aevo singulis annis lue infecti pauperes sumtibus publicis sanantur, eo quod plurifariam innocentissimos haud raro idem morbus adoriatur, sitque atrox aliquando ita, ut, *si laborans virulenta gonorrhoea inquinato morbosa materia digito nares forte scalpat, afficiantur tenerae narium partes, & ossa in cineres versa collabantur*, ut *Kaavius* praecitatus protulit.

XI. Clisteres actu frigidi, ubi fluxus sanguinis per anum mortiferus instet, Propositione XXVIII. a Te laudati, adprobandi egregie

sunt,

sunt, eoque magis si ipsi ab incisarum capsularum papaverum alborum decoctione constituantur, quarum capsularum substantia potestate, mirum in modum stupefaciente, pollet, ut ea decoctio tenesmum pervicacem citissime compescat, dum papaverum eorumdem semina ne hilum quidem stupefacienti, aut narcotica, sunt, ut e contra narcotica esse reputantur, etsi tercentis circiter ab hinc annis in libro inscripto *Florida Corona Medicinae*, typisque Venetis edito an. 1491. ab Auctore Patavino *Antonio Gazio* legatur sub cap. 170., nempe „ Papaver apud „ Nos solummodo pro Medicina „ somnifera habetur, apud quosdam „ vero pro cibo quam pro ferculo, „ sicut nos panicum comedere con„ sueverunt in quantitate et non „ modica, sicut ab Excellentissimo

D „ Prae-

„ Praeceptore nostro, fide omni di-
„ gnissimo, saepe numero intellexi-
„ mus „. Hinc forte *Matthiolus*,
qui octogenarius fere anno 1577.
obiit, in commentariis addens super
Pedacii Dioscoridis Anazarbaei ope-
re recitavit, Styriae Incolas impu-
ne comedere solitos offas, e papa-
verum seminibus confectas. Doctissi-
mus Archiater Caesareus *Swietenius*
hac de re sequentia verba in prae-
citatis litteris exaravit : „ J' ai man-
„ gée tout de suite une livre de se-
„ mence de Pavots blancs pour con-
„ vaincre un Incredule, qui me
„ voyant faire cette expedition se
„ preparoit à prier pour le repos de
„ mon Ame „.

XII. Hydrargyri usus contra
lymphaticos praesertim Pectoris mor-
bos iuxta propositionis Tuae XLVI.
partem primam, et iuxta plures
huiu-

huiusmodi sanationes variis in regionibus ab eo productas (quoties-cumque larga potius quoad AEgri statum detractio sanguinis praecesserit) apprime congruit, utilisque quam in verminosis, quum Cl. *Joannes Baptista Burserius* Faventiae Medicus hydrargyrum vermibus haud infensum esse, publica Dissertatione demonstraverit, in cuius pagina 44. legitur „ Invenimus &c. „ in ileo intestino lumbricum tere- „ tem, unicum, exiguum, vivum, „ seque moventem, undique septum „ mercurio, quo intestinum consper- „ sum erat „. Utilius etiam quam contra haemophthyses, tabesque lentas ad annum, & ultra, ut ais, perseverantes reputandum videtur hydargyrum, quin imo nocere ipsum in proclivi esset.

XIII. Optime de interno suc-

ci amygdalarum dulcium usu colloquutus es Propositione 48., & 49., quum varia ab ipso, etiam non quotidiane iosumto, damna allata, ad bilem potissimum habito respectu, exposita iam fuerint ab *Alexandro Pascoli* in libro *de Homine*, ab immortali *Boërhaave* in Elementor. Chemiae tomi 3. partis primae processu XX. num. 10., inde ab doctissimo *Swietenio*, & ab illustri *Tissoto* in libro, cui titulus *Febris biliosa Lausannensis* 1756., & in cuius pagina 52. hanc in rem citatos videre est *Hippocratem*, *Galenum*, *Baglivum*, *Blancum* Taurinensem, & *Primerosium*. In oleo lini empyreumaticus nidor, & inflammans acrimonia inest, licet adeo ludatum a Chemicis fuerit, ut idem Archiater Caesareus in notis ad §. 858. probe animadvertit, ita ut oleum omnium optimum ab AE-

gris insumendum ipsi Cl. Viro illud olivarum, vel seminum papaverum alborum quam rectissime videatur.

XIV. Salutifera sane esset institutio haustus fumi remediorum pectoralium, ut balsamicorum, in eo praecipue morbo Pectoris, quem propositio Tua L. nominat. Eorum porro fumus immediate ad Pulmones per inspirationem devenit, adeoque fumi trocifcorum, vel decoctionum, ea virtute pollentium, haustus plurimi faciendus, quo praecipue spectatissima Femina, ex *Archintis* nata, Princeps *Trivultia*, in hac Mediolani Civitate a copiosis sputis purulentis, ac foetentibus, sanguineque interdum haud ita modico commixtis, convaluit. Earum decoctionum potatio quoque salutaris censenda est, etiam quia potionis pars in trachaeam etsi modicissima

sub

sub tenuissimi roris irrigantis specie ingreditur; idque propter Oesophagi pororum sudantium communicatione cum venulis in Trachaea ipsa apertis, atque inhalantibus, demonstratam pariter ab emergente citissima & frequenti excreationis facilitate, & ab Cl. *Kaavio* praememorato. *Hippocrates* usque id in libro *de Corde* praesensisse cognoscitur, ubi refert trachaeam suis, cui valde sitienti propinata fuerit aqua, caeruleo colore vel minio inquinata, & cui, dum biberet, secatum fuerit iugulum, inventam fuisse aquae potae colore adfectam. Ipse *Kaavius* praeterea per experimentum in cane institutum vidit, immissam in eius ventriculum aquam puram tepidam, movendo lenissime ventriculum, a venulis bibulis illam resorberi, ingredi venas gastricas maiores & diluere

san-

fanguinem, qui in iis cootioetur, atque per maiores & maiores portarum venae tradi, & ex hac per Hepar venae cavae reddi eamdem, quae mox turgebat valde, ut & finus atque auricula dextra, ipfeque ventriculus cordis dexter: unde potarum decoctionum via ad Pulmones altera brevis eft praeter longam.

XV. Vinum cordiale unicum, ut ais Propofitione 57, minori Nofocomiorum difpendio, faluti pauperum AEgrorum coniuncto, facit fatis, quandoquidem pretiofos lapides & gemmas, & eas, quae ex ipfis parantor Confectiooes de Hyacinto & Alkermes, tamquam inutiles & quandoque ooxias a medendi ufu expunxerunt, excepto *Reaumurio*, oculatiores Phyfici, fpeciatim vero poft editam folertiffimi *Aloyfii Ferdinandi*, Bononiae fuae deco-

decoris, Comitis *Marsilii* epistolam, die 7. Martii 1711. ad *Vallisnerium* datam, qua potissimum Confectionis Alkermes inutilitatem, & noxiam aliquando vim, patefecit, experimentis significans, salem volatilem alcalicum suavem granae kermes infidere, atque ipsum salem certis AEgris saluciferum esse posse, si solus ipsis propinetur.

XVI. Duo casus funesti, a Te sub numero 59. indicati, tributique specificae Cicutae insumtae potestati veneficae, a sola (ut proximum vero mihi videtur) dose processisse reputandi sunt, quum plura venena, dummodo arctissimos intra fines respectivos propinentur, ne dum mortifera neutiquam fiant, verum forte virtute aliqua gaudeant salutifera, ut *Friccius* demonstravit, quumque de Cicuta medice insum-
ta prae-

ta, praeter Clarissimor. *Störck*, & Archiatri *de Haën* auctoritatem, non desideretur ea *Hippocratis*, ec, Recentiumque aliquot, ex quibus *Paullus Renealme* Gallus usque anno 1606. libro observationum edito salutiferum Cicutae internum usum contra Hepatis Lienisque scirrhos depraedicaverit, atque apud *Ettmullerum Schroderus*, & *Geoffroyus* in suo de materia medica tractatu. Haec autem plenius leguntur in nostris, ad praecitatum *Petrum Burserium* Medicum doctissimum circa mortem Atheniensis summi *Socratis* mortem perscriptis litteris, sub praelo Veneto quantocius sudaturis. (1)

E XVII.

(1) Revera paucos post menses, nempe autumno anni 1762, editae fuerunt Venetiis per Clarissimum, Doctissimumque Monacum Abbatem Camaldulensem *Angelum Calogeram* in nono utilissimae secundae suae Opusculorum scientificorum & philologorum Collectionis tomo, minus quamquam exacte, quum Cl. idem Abbas typis Venetis *Simonis Orchi* adest-

XVII. Odoramenta naribus Apoplectici, aut Syderati, admota, ut Propositio tua 63. commonet, utilissima equidem sunt, praecipue si, quum medietas corporis dextera resoluta sit, odoramenta ipsa admoveantur sinistrae nari aptius quam dexterae, & vicissim, iuxta Ingeniosissimi *Valsalvae* dogma, Articolo VIII. Capitis V. Tractatus *de Aure Humana* expositum, quum ex iteratis observationibus anatomicis pateat, apoplecticos adsectus, in quibus dextera medietas corporis resoluta est, revera caussam ut plurimum habere in sinistro Cerebri haemisphaerio, in quibus vero sinistra resoluta est, caussam habere in dextro: id quod sapientissimus *Morgagnius*

adesse nequiverit. Lapsa autem vertentis anni 1763., aestate, Pisanis hisce typis Giovannellianis recusae sunt, rebus attamen a me Auctore qua additis qua detractis, & familiaris solutique sermonis forma donatae.

gnius in ea suae epistolae XIII. parte, tractante de ipso *Valsalvae* Capite quinto confirmavit.

XVIII. Quid autem plura iisdem super Tuis spectatissimis, utilissimisque Propositionibus comminisci ulterius pergo, quum ex earum aggregato apprime emergat utriusque scopi combinatio, adserendi nempe maxima sumtuum diminutione Xenodochiis plurimum lucri annui, servandaeque salubrioris ad Humana corpora utilitatis. Verissima enim sunt, quae 91. et 92. Propositione respective adseruisti, scilicet *solam rerum medicinalium Reformationem unicam esse viam ad expensas omnes multum imminuendas: 1. plura demendo: 2. aliqua dispendiosa nimis, obsoleta & inutilia corrigendo: 3. nonnulla innocentiora nunc usitata substituendo, ea norma per na-*

 nages-

nagesimam tertiam provide explanata.

XIX. Glaciei etiam usus in Nosocomiis graviore ipsa levare valet dispendio, quum sola methodica frigidae potatio citam saepe salutem in continuis aliquot febribus reddat, (ut, praeter experientiam, ex Auctoribus multis *Iodocus Lommius* praecipue demonstravit), ioque aliis morbis, veluti haemophthysi, et in vomitu a vacui Ventriculi tono deperdito, eoque magis si morbus idem pertinaci dyssentheriae geminetur. Anno 1753. Mediolani duobus hisce geminatis morbis laborabat Praestantissima, et Doctissima Matrona *Cloelia Grilla* Geouensis Patritia, a Ducibus Montis draconis orta, Comes *Borromaea*, pluribus pharmicis deprehensis irritis, et per solam a me propositam, propinatamque, frigidae potationem metho-

methodicam citissime convaluit, largita inde mihi centum auri drachmas, totidemque alteri suo Medico veteri Clar. *Carolo Mazzuchellio*, qui in Papiensi Academia Anatomen publice edocebat. Eiusmodi frigidae potatio a recentissimo inde Auctore *Nicolao Lambsma*, Frigiorum de gente nato, et Harlingense, probata est io docto Libro, typis Amstelaedamensibus edito, anno 1757., inscriptoque: *Ventris fluxus multiplex, ex antiquis et Recentiorum monumentis propositus*.

XX. Id unum addam ad *Nosocomium locupletandum* mirifice praestare, si digerentis Papiniani vasis ope iuscula, quae quotidie in AEgrorum pauperum commodum fieri debent, ex ossibus solis bovinis parentur, ex carne vero non item. Porro ex solis ossibus derivantia in-

scula

fcula gratum & illa faporem praefeferunt, multumque nutriunt, ut clariffime liquet ex libro typis edito, cui titulus „ Memoire fur l' ufage oeconomique du Digefteur de „ Papin donné au Public par la Société des Belles Lettres, Sciences, „ & Arts de Clermont Ferrand, par „ M. Avoc. anc. Sécret. de la même Société, & Auteur des Ouvertures de Paix univerfelle. A Clermont-Ferrand, de l' imprimerie de Pierre Viallanes &c. 1761. „ in octava forma.

XXI. Quoad experimenta, novam methodum curandi acutos Pectoris morbos comprobantia, Clariffimor. *Trevifanii*, & *Cogroffii*, verba a Te citata, relataque, experimentis huiufmodi deftinuntur, verum & *Cicognnii* plurimam Tuae fuppeditant methodo auctoritatem adnexae

fana-

ſanationum hiſtoriae, ſcilicet deſcripta a Te Medentium curatio, qui pleuritico Monaco *Achilli Salae* medicati ſunt, altera ab Ill. *Bertonio* in pulmonario orthopnoico celebrata, tertia ab Cl. *Bondiolio* in peripneumooico, quarta ab Ill. *Morandino* in duobus morbo laterali detentis, quinta ab Doct. *Rinaldino* in decem pulmonariis, innumerae a Cl. *Niccolinio* obtentae, Femina pleuritica a Cl. *Borgettio* ſanitati reſtituta, ceteraeque demum, quas Illuſtres *Rotarius*, & *Moureaus* direxerunt. Quoniam vero viventium, a Te excitatorum, iſtorum Medentum aliqui ſanguinis detractiones relatis in AEgris haudquaquam memoravere, nihilominus autumo, quoad generalem firmandum canonem, congruas ſanguinis fere ſemper detractiones, diaetam, ca-

thar-

thartica blanda & lenientia, ac remedia refrigerantia in usum prius deduci debere, quam frictiones ex hydrargyro, vel mercurii sublimati, ut aiunt, dulcis propinationem in memoratis Pectoris morbis; atque ita fere certas evadere sanationes, praecipue quum Aegri sanguis viscidus est, atque ut ais, sebaceus, quumque inflammationem producentes in Pulmonum lobis impactae sunt lymphaticae catharrales amurcae. Quae citius agenda sunt, si catharrales hae amurcae ab arthritide anomala, vel interna, gignantur, ut haud raro gigni prae ceteris Auctoribus celeber *Musgrave* in XI. capite, inscripto *de Catharro*, *Tussi*, *& Peripneumonia Arthritica*, demonstravit. Arthritis enim larvato saepius, ut probe nosti, vultu aggreditur, ita ut Ill. *Desaultius*, suam quum typis

pis edidit methodum medentem Arthritidi regulari, de interna (vulgo nominata *la Goutte remontée*) mox sequentia ad pag. 208. scripserit „ De „ que je suis appellé pour voir un „ Malade sujet à la Goutte, at- „ teint de quelqu' autre maladie „ quelle qu' elle puisse étre (sans „ les contagieuses) je ne perds ja- „ mais de vûë la Goutte, & je „ supçonne, & j' examine avec grao- „ de circonspection, si l' humeur „ de la Goutte ne joüe point son „ roule sous la masque de la mala- „ die, dont il paroit atteint, & „ pour la quelle je suis appellé „. In doctissimi etiam Medici *P. Coste Traité pratique sur la Goutte &c. A Amsterdam* 1757., in quo sub XIV. cap. legitur *Goutte remontée dans la Poitrine*, haec habentur „ „ La Goutte remontée dans la Poi-

„ trine y caufe les fymptômes de la
„ Peripneumonie, ou de la Pleuri-
„ fie &c.. Il faut fe hâter de fai-
„ gner du pied autant que la vi-
„ gueur du malade peut le permet-
„ tre &c. „.

XXII. Ad rei medicae incrementum, cui adlaboras, atque inde ad Humani generis fervationem, qua nihil laudabilius, acceptiufque Principibus, vale diu, Vir Praeclariffime.

Mediolani Nonis Iuniis MDCCLXII.

	Errata.	*corrige.*
Pag. 28. lin. 19.	ludatum	laudatum
Pag. 35. lin. 3.	ec.	et c.
Pag. 33. lin. 14.	circa mortem	circa mollem

OB thematis consenantiam subdendae hic videntur duae breves litterae, nimirum primo:

Responsio epistolaris, *Gallico idiomate perscripta a Doctissimo, Clarissimoque* Gerardo *L. B.* Van-Swieten, *Caesareo Archiatrorum Comite, etc.,etc., ad Praestantissimum* Carolum *Comitem* Firmianum, *Caesaris et Coniugis Caesareae Consiliarium Intimum actualem, ut vocant, Aurei Velleris Equitem, in Insubria Austriaca plena cum potestate Administrum, etc., etc., etc..*

„ Votre Excellence „

„ J'ai eté toujours dans l'opinion
„ qu' on peut secourir le Genre
„ humain efficacement et avec beau-
„ coup moins de frais, qu' on le
„ fait ordinairement, et j'ai intro-
„ duit cela dans les Hôpitaux Mi-

 litaires.

„ litaires. Voici les regles princi-
„ pales.

„ J' ai banni tous *les remèdes*
„ *prétieux*, et inutiles, comme per-
„ les, bezoar, pierres prétieuses,
„ etc., et aussi tous les remèdes
„ composés, qui ont ces ioutilités
„ parmi leurs ingredients.

„ Le nombre des *Eaux destil-*
„ *lées* est fort petit, et quand on
„ a besoin uniquement des Eaux
„ pour delayer d' autres remèdes,
„ on se sert d' eau commune, ou
„ d' une decoction d' orge. On se
„ sert beaucoup des simples, savoir
„ herbes, racines, semences, fleurs,
„ et de peu de remèdes composés;
„ et tout cela est mis en compte
„ selon leur valeur intrinseque, et
„ non selon un taxe quelconque d'
„ Apothicaire.

„ Dans les maladies aiguës,

et

„ et inflammatoires, en ſe ſert *du*
„ *Miel*, ou bien de l' Oſmiel (qui
„ eſt fait d' une partie du vinaigre,
„ et trois parties de miel) en abon-
„ dance, du nitre, etc., delayés dans
„ l' *aqua bordei*, ou decoction d'
„ orge, en abondance; rarement
„ des Syrops, et ſeulement d' un
„ petit nombre. De bannir *le Sucre*
„ abſolument ce ſeroit un peu diffi-
„ cile, car on a beſoin pour les
„ Conſerves, Eleoſaccehara, et quel-
„ ques autres préparations.

„ *L' huile d' Amandes douces*,
„ puiſq' elle ſe corromp aiſement
„ et dans peu de tems, n' eſt gue-
„ res d' uſage dans nos Hôpitaux;
„ on ſe ſert *d' huile d' olive*, ou *de*
„ *lin*. On peut auſſi ſe ſervir de *l'*
„ *huile tirée des ſemences des Pavôts*
„ (ſemin. papaveris albi), qui ſe
„ conſerve infinement mieux que

„ l' huile d' Amandes, et coute „ beaucoup moins. On n' a rien a „ craindre de la verru narcorique „ des Pavôts, car V. E. fait que „ les Anciens Romains s' en sont „ servis librement dans leurs cuisi- „ ne, comme font encore aujourd' „ hui les Habitans de la Styrie. „ J' ai mangée tout de suite une li- „ vre de semences des Pavôts blancs „ pour convaincre un Incredule, „ qui me voyant faire cette expe- „ dition, se préparoit à prier pour „ le repos de mon Ame."

„ La *Casse* est un remede fort „ doux, mais vient trop cher pour „ un Hôpital, et on peut s' en „ passer. Mais le Médecins en Ita- „ lie en font leur cheval de batail- „ le, et je crains, *quod Herculi ci- „ tius clavam, quam illis haec reme- „ dia extorqueas*, au moins on pour-

„ roit

„ roit modérer beaucoup l' usage
„ de ces remèdes.

„ Si V. E. souhaite un echan-
„ tillon de notre simplicité en Mé-
„ decine, il y a un petit Traité,
„ que j' ai fait en Allemand sans
„ y mettre mon nom, qui doit ser-
„ vir de directoire aux Chirurgiens,
„ quand il n' y a point des Mé-
„ decins à la portée. On a traduit
„ cela en François, et en Italien.
„ V. E. peut avoir autant d' exem-
„ plaires qu' Elle souhaite dans une,
„ ou plusieurs, de ces Langues. J' at-
„ tendrai sur cela ses ordres.

„ Je prie V. E. de m' excuser
„ de la correction de l' *Elenchus*;
„ cela me prendroit trop de tems.
„ On peut voir assez ma pensée
„ par ce petit Traité. De plus je
„ me suis proposé (si Dieu m' ac-
„ corde la vie, et le tems necessaire)
„ de

„ de composer un *Codex medicamentorum*, qui pourroit servir „ facilement pour tous les Pays Hereditaires. Cela sera plus utile que „ de corriger les Dispensatoires particuliers. etc.

„ J' ai l' honneur d' être avec „ le plus profond respect
„ de Votre Excellence
„ à Vienne 10. Janvier 1760.

„ Le très Humble, et très Obeissant „
„ Serviteur „
„ Van-Swieten „

Altera Responsio Epistolaris, *quam Doctissimus* Boissier de Sauvages, *Montis Pessulani Academiae Professor*, *ad eumdem Ornatissimum Comitem* Franciscum Roncalli Parolinum *misit*, *nempe*:

„ Illu-

„ Illustrissime Comes „

„ Quae tuus erga Pauperes amor
„ excogitavit ad Nosocomia ab
„ impensis frustraneis noxiisque li-
„ beranda, legi non sine fructu. Do-
„ leo maxime, quod oculorum de-
„ bilitas, et arthritici maonum do-
„ lores lectioni, scriptionique lon-
„ giori obstent, et me a commer-
„ cio litterario, cum Doctis quoo-
„ dam suavissimo, jam dimoveant.
„ Hac voluptate frui non licet. Me-
„ rito, Vir Sapientissime, ex phar-
„ macopolio Nosocomiorum expun-
„ gis millena medicamina, quum
„ pauca sufficiant; composita pro-
„ scribis, quum simplicia multo
„ praestantiora sint; vegetabilia pu-
„ ra chemicis saepius suspectis ante-
„ ponis. Quidni etiam plantae no-
„ strates exoticis, minus recentibus,

„ non

„ non magis efficacibus, maioris ve-
„ ro pretii substituuntur? *Alypum* lo-
„ co *Sennae* apud Nostrates paullo
„ minori dosi cum successu usurpa-
„ tur; ut mittam alia plura indige-
„ na diversis in Regionibus usitata
„ in eumdem scopum, ut *Gratiolam*
„ *colluteam*, etc.. *Filipendulae* radices
„ *Rhaeo* substitui possunt, quo ad vi-
„ res stomachicas, tonicas. *Solanum*
„ scandeos, seu *Dulcamara*, ut ali-
„ quoties expertus sum, ad syphi-
„ lidem, et scorbutum saoaodum
„ nulli alteri medicamini cedit, sub
„ forma decocti io lacte, forte etiam
„ pulveris. *Kina kina*, et *Opium*,
„ fere sola suot exotica medicami-
„ na, quibus carere oon possumus.
„ Bis adhibui *Sublimatum corrosivum*
„ ex methodo *Sweteniana*, sed sioe
„ successu: nollem tamen illud mis-
„ sum facere, quia aliquos effectus
„ vidi,

„ vidi, qui ſpem aliquam fovent.
„ Quae de *Guaiaco*, forma pulveris
„ praeſcripto, doces, ſunt pulcher-
„ rima: utinam frequentius compro-
„ bata. *Cicutae* ſuccus nihil hic prae-
„ ſtitit, nec, ut mihi ſcribunt, quid-
„ quam profuit Florentiae, Argen-
„ tinae, etc.. Duae drachmae *Sen-*
„ *nae*, aut una *Alypi*, in decocto
„ prunorum eſt medicamentum pur-
„ gans nullius pretii, quod multo
„ carioribus antepono. *Aquam cal-*
„ *cis*, *oſtreorum* in dyſuria calculoſa
„ ~~aliquoties mihi ſucceſſit.~~ Thermo-
„ metro in praxi utuntur Medici
„ Lugdunenſes, et recte quidem:
„ ſed veteres Medici ea deſpiciunt,
„ quae a ſuis Magiſtris non accepe-
„ runt, quia nova ſunt. *Aquae* om-
„ nes, *deſtillatae* ex plantis inodo-
„ ris, aqua fontana peiores ſunt, aut
„ viliores. Omnes veteres *Confectio-*

„ *nes*,

„ *nes*, excepta *Theriaca*, et *Hyacin-*
„ *thina*, fere inutiles sunt. Loco
„ *Ypecacuanhae* non ne tentandus est
„ usus seminum *Atriplicis*, *Violae*,
„ radicumque *Betonicae*, seminum
„ *Raphani*? Succus extillatus ex ca-
„ pitibus *Papaveris narcotici*, in
„ hortis nostris exculti, forte easdem
„ vires habet ac *Opium*, licet de-
„ coctum multo debilius sit. Vides
„ quam inconcinne delineem ob ma-
„ nuum debilitatem, Vir Illustrissi-
„ me. Tu inculpata valetudine diu
„ fruaris in AEgrorum emolumen-
„ tum, et Medicinae decus, mibi-
„ que Tibi devinctissimo favere per-
„ gas. Vale.
„ Monspelii 10. Iulii 1762.

„ *Boissier de Sauvages.*

FINIS.

